



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

14. Novembris. 18. Cal. Decemb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

tum te immerfisti immenſo illo pelago Divinæ Scripturæ, incitatus exemplo Melliflui Doctõris, cujus loquendi & ſcribendi modum viva repræſentabas imagine. Mirabantur ſimul ac venerabantur affabilem facundiam & eruditi & rudes, quâ illis Chriſtianam Doctrinam tam penetrabili ſuavitate exponebas, ut ad te audiendum ex tota Inſula populi fieret quotidianus accuſus. Nulla dies tranſit, quin ego audiam verbum Dei: ſed metuo ne ſimiliter eos, qui ut auditores tantum & non factores ab Apoſtolo redarguuntur. Adde tu gratiæ ſuperne ſtimulos, ut in opus exeat, quod intrat per aures.

*Imitatur ſtylo, & moribus S. Bern.*

S. BERNARDUS, ſer. i. in LXX.

Qui ex Deo eſt verba Dei audit. Non nullos enim ſic interdum audientes invenies, ac ſi nihil omnino ad eos pertineant, quæ dicuntur: non intrare cor ſuum, non diſcutere mores ſuos, non cogitare; ne fortè, quod audiunt, diſtans ſit propter eos.

*Verbū DEI variè auditur*



14. Novembris. 18. Cal. Decemb.

B. EUGENI Ogallahurre, Abbas Aſſeroëniſis: qui generoſum caput R r nefandæ

*paſſus 1606.*



nefandæ Anglorum hæresi opposi-  
tum, Angelorum manibus coronan-  
dum Martyrii laureâ obtulisti, dum il-  
lud sævi licitoris ferrum demessuit.  
*Pius ego licitor ero, si propriam volunta-  
tem capite, id est perinacia sua minuero:  
fieret illud sinè dolore, sed non sinè utili-  
tate, de qua per totam æternitatem essem  
gavisurus.*

*Floruit* B. LETHALDE, columnarum u-  
*anno* na, quas nobilissimus Instituti Cister-  
*1090.* cienstis Architectus Robertus in solitu-  
dine Cistercensi erexit. Hanc siue Ce-

*Cum S.* drinam dixero, illi nomen dabit vitæ  
*Roberto* puritas, à carie noxarum immunis: si  
*Cisterci-* affirmem fuisse adamantinam, invi-  
*um mi-* ctam comprobabit austeritas, qua na-  
*grat.* turæ humanæ terminos estis trans-  
gressi: si denique auream, id testabitur  
cœlestis in DEUM, & fraterna inter  
vos primos parentes charitas, qua ve-  
luti virtutibus armata phalanx sum-  
mas difficultates perripistis. *Has do-  
tes tuas in me nunc transfunde: muta spe-  
ciem animæ meæ, heu tuæ longè dissimi-  
lem, & da illi formam veræ pietatis, &  
quæ omnia potest, omnia superat, charita-  
tis.*

S. BERNARDUS, ser. 2 de LXX.  
*Sit in nobis, charissimi, unitas animo-  
rum, uni-*



XIII. NOVEMBRIS. 387

*rum; unita sint corda, diligendo u-* Unitas  
*num, quærendo unum, adherendo u-* cordiū.  
*ni, & idipsum invicem sentiendo.*



15. Novembris. 17. Cal. Decemb.

**B** EDMUNDA, Subpriorissa Mo- *Obijt*  
 nasterii Parcæ Dominarum: quæ *anno*  
 prisce sanctitatis redivivum exemplar *1638.*  
 huic nostro seculo exhibuisti: in teip-  
 sam omnis ignara clementiæ, in soro-  
 res solius memor mansuetissimæ cha-  
 ritatis: pro quarum salute promovenda  
 nec omittebas pia monita, nec ora-  
 tionum assiduitatem. Claustrali soli-  
 tudini tam eras addicta, ut jubentibus  
 pro restituenda valetudine egressum  
 medicis parere contempseris. Debile  
 ex morbis corpus roborabat animus,  
 qui gravissimos dolores adeò non sen-  
 tiebat, ut ab obsequio divino nullam  
 pateretur absentiam. Quo tempore *E vul-*  
 frontem non solùm solito gerebas se- *tu ra-*  
 reniorem, sed sæpe etiam radios evi- *dios e-*  
 brantem. Tandem continuis suspiriis *mittit.*  
 ad coelestem patriam aspirans, in per-  
 vigilio sancti Patroni tui suaviter ex-  
 spirasti. *Quàm ardentem tu ad vitam im-*  
*mortalem aspirabas, tam frigidè ego ad il-*  
*lam propero, magis verò hoc miserijs om-*

R 12 nibus